



Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

I. Synodus A Celestino Summo Pontifice, Romae Habita, occasione chartarum Nestorii Constantinopoli missarum, Dionysio & Florentino coss. anno Christi CCCCXXIX. post festa paschalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

DISSERTATIO II. DE SYNODIS HABITIS IN CAUSA NESTORIANA,

a tempore, quo turbas Nestorius excitavit, ad id usque, quo in Oasim deportatus perit.



Multe syno-
di in causa
Nestorii.

ONGE plures, quam vulgo credi-
tur, habite sunt synodi Episcoporum
in causa Nestorii, donec in
Oasim deportatus est. Quindecim
in hi videor, aut etiam sexdecim,
posse demonstrare, quamvis con-
sistam intra tempus titulo definitum. Coacte sunt
enim Romæ quatuor: totidem Alexandriæ: Ephesi-
duæ, ecumenica & schismatica: Constantinopoli
quatuor: duæ saltem ab Orientalibus, prior An-

thiochæ, ante pacem Ecclesiastarum, cum bacchari
pergerent in Cyzicium; & posterior Berœa, apud
Acacium, cum iussu Imperatoris de pace delibera-
rent: quamquam ex recentissis nonnulla forsan
ordinaria fuerunt, atque etiam alias ob causas
vocatae.

De singulis breviter non alia annotanda puto,
quam que aut aliorum diligentiam magnis operi-
bus fatigatam fugerunt, aut contra historiæ verita-
tem, scriptoribus incertis exciderunt.

Quæ desingu-
lis notanda.

I. SYNODUS A CELESTINO SUMMO PONTIFICE, ROMÆ HABITA, occasione chartarum Nestorii Constantinopoli missarum, Dionysio & Florentio coss. anno Christi CCCCCXXIX. post festa paschalia.

Ubi mentio
istius synodi
aliquin ob-
scura.



Epif. 1. Cyrilii
ad Nestorium.

Vera fuit sy-
nodus.

BSCURA est ista synodus, nec
fit, opinor, villa vix quam ipsius
mentio, præter quam in prima
Cyrilli ad Nestorium epistola:
Quid postremo faciam? tempus
enim est loquendi, vel conferendi
potius cum venerationis tua, interrogante de charta
lis quibusdam, que nescio quomodo Romam per-
late sunt, reverendissimo ac religiosissimo Roma-
norum episcopo Celestino, cum omnibus, qui cum
eo fuerunt. Episcopis venerandis, quia virum re-
ligionis tua habecantur, incertum est: scribunt enim
nobis vehementer offensi, &c.

Congregatos fuisse in synodum venerandos illos
Episcopos, & non fortuito quodam certa apud
Celestinum extitisse, ostendunt quidem hæc verba
non obscure: Interrogante Romanorum episcopo
Celestino, cum omnibus, qui cum eo fuerunt, Episco-
pis; sed ista manifeste probant: Scribunt enim
nobis vehementer offensi. Indicant enim scriptum
fuisse communitate ad Cyzicium ab Episcopis, qui
cum Celestino tunc erant. Id vero quid est aliud,

quam datas esse synodicas literas? quandoquidem
communes cum summo Pontifice literæ, non nisi
ab Episcopis legitime congregatis, mitti solita-
fint.

Tempus synodi exinde constat, quod acceptis
Romæ literis Cyrilus Nestorius scripsit autumni
tempore, ut sequenti capite planum fieret. Oportet
igitur, Roma synodum contractam esse, aut invenire
aestate, aut cicter.

Non fuit ordinaria, cuiusmodi cogebatur ante
quadragesimam & autunni tempore; neque tamen
extraordinaria, id est, qua per tractoriæ vocare-
tur: aliquo incognita non latet, sed est hanc
aliqua ex Episcopis, qui tunc forte aderant Rome,
virbicoque clero: quales sepe habebantur, quales
negotium aliquis momenti occurseret.

In ea lecta sunt improbatæque chartæ illæ Ne-
storii, quæ Constantinopoli Romam allatae,
occasione synodi dederant. Continebant vero tres
prioris Nestorii sermones, ex quibus orti fueran-
tanti motu in urbe regia, quantos Socrates Cy-
rillusque describunt.

Quo tempore
congregata.

Qualis fuit;

Occasio syno-
di chartæ Ne-
storii Romam
misit.

Lib. 7.

Ep. ad Celestino
missam.

DISSERTATIO AII DE SYNODIS

A quo missz. Incertum quis chartas miserit ad sedem apostolicam: ipsi forte apocrifarii, aut sedis apostolicae, aut Alexandrina Ecclesie, vel alias aliquis studio fidelis successus. Quid si Marius ipse Mercator? Constantinopoli verba tunc temporis versabatur; tunc negotiorum Nestorio, Pelagianorum fautorum quia ratione posset exhibebat; tunc Nestorii sermones ambar Latinos facere, ut sua gentis hominibus harcenici impicias innotesceret.

Jam tunc Latinae fidei erant. Missa sunt chartulae in Latinum sermonem versus, alioqui non statim de ipsiis judicarunt esset, ut postea non est, de aliatis aliis per Antiochum virum illudorem, Nestorii amicum: propterea quod, ut castigator Celestinus, expelandum fuit, donec sermo in Latinum versaretur.

Huc prima de Nestorio Ecclesia vi- goria. Ut res se habeat, certe post non immerito dicitur haec prima Ecclesia de Nestorio Victoria; si quidem in ista synodo primum damnatus est, non quidem nominatum, quoniam eternum non erat, aut falso non pertinebat ac legitimi iudicii forma postulat, quem auctoressa charte haberent; sed generatim in suis dogmatibus, quae ut offensionem pepererant, eamque vehementer, ita unanimes Patrum consensu damnata sunt.

Ex synodo scriptum ad Cyrilum, quo fine. Scriptum inde est Cyrillo Alexandrina Ecclesia Episcopo; sed non eo tantum sine, ut de auctore chartarum certi aliquid doceret: qui enim latere auctor in tantis Ecclesia motibus? Neque etiam, quod suspicitor alius cogitat, ut ceterum, an non ipse quoque Nestorio contentaret; siquidem integer fama, omnique erroris purus habebatur. Sed ut prima post Romanam sedis antites jam inde excitetur ad suas tempore partes agendas, promovendumque negotium, quod parabatur; quanquam ad tuendam fidem per se latius vigilanter, imo ad invidiam nimis diligentia, incumbebat.

Perierunt literæ, sive qua a Celestino, sive qua ab Episcopis, Cyrillo scriptæ, si tamen gemina fuerint, & non portus una, pro more sedis apostolice, & majorum forte sedium, quarum praefiles ut plurimum suum nomen inscriberant synodis quoties ex provinciali concilio darent: ex provinciali dico, secus enim accidebat, sive cum ex universali totius sua diocesis scriberant, sive quo-

ties plutes aderant majorum Ecclesiæ sedes.

Hec curiosus aliquis interrogaverit, cur Alexandrino potius Cyrillo, qui procul Constantiopolis aberauit, quam Antiocheno Joanni, qui vicinior, litera sive Roma missus. Facilius arque expedita responso est. Primo, suscepimus videtur potuit Joannis, ut qui ejusdem cum Nestorio, & Ecclesiæ Antiochenæ presbyter, & magistri Theodori discipulus fuisset. Deinde Joannis industria, navis qui in rebus agendis perspecta non erat, quippe qui alterum vix annum in episcopatu ageret. Postea fides Antiochenæ tercia tantum etat post Romanissimo Constantiopolitanæ jam inde a pluribus annis concesserat: quod tamen Romani Pontifices apertobate recularunt. Major autem sedes a minore judicari non solebat. At contra Cyrus, sive suo privato, sive publico sue sedis studio, Nestorio favere credi non potuit, & ipsius soletram animumque strenuum toti septemdecim episcopatus anni, iisque difficiles ac negotiosi, probaverant.

Ut haec causa minus valerent, certe Alexandrina sedis, ut ipsa erat majorum sedium prima post Romanam, & velut prima a Romanis Pontificibus, Constantiopolitan concilio hac in parte adversantibus, habebatur, ita veteri more de tribus aliis judicandi ius erat; eoque jure vtebatur, quotes sedis apostolice non placuerat iudicium sibi retinere. Unde factum, ut si quando causa huiuscmodi esset exorta, Alexandrinus Episcopus a Romano partes suas agere juberetur, geminaque protestate instructus, quippe ex Ecclesiæ instituto primus sub summo Pontifice index, negotium perficeret.

Atque haec ratio explicanda potestatis, qua pollicent Alexandrinus Presules, eo probabilior videatur, quod pugnantes super ea re ætiorum sententias in concordiam revocat: scilicet enim iura virtutis sedis, apostolice & Alexandrinae; nec confudit ad Cyrril admirabilem quandam delegationem, cuius signum extiterit Phrygium seu pallium, mitraque ex viba missa, que vix Nicephorus Theodosorusque Balamon vitis non incredibiliter credulæ persuaserint.

II. SYNODUS, QUÆ PRIMA ALEXANDRINA, SUB SANCTO CYRILLO PRÆSULE, eodem anno, iisdemque coiff. autumni tempore.

Occasio synodi.



ITERÆ summi Pontificis, & si que aliae a synodo Romana date, Alexandrinam venerunt, iniente automno. His acceptis Cyrrilus primam epistolam misit Nestorio per Lamponem prebyterum & monachum, qui cum a Nestorio repromisum resulisset, eius breviterem supplicavit alia mox consecuta epistola, ingentes, ut loquitur Nicephorus, Lib 14. cap. 33. heres eratam fuisse. Cyrrilos epistolam dedit antirheticam mente Melchis, secundam Ägyptios, id est, ipso fine Januarii, vel Februario initio.

Quæ fuisse Ambas ego Cyilli epistolæ, sive quam Lamponi demonstratur, ferendam dedit, sive qua Nestorio respondit, op-

nor scriptas ex synodo, non illa quidem universalis, id est, totius diocesis Ägypti, sed particulari Alexandrina, seu primæ solus provinciæ; non tamen utramque datam ex eadem, sed ex sua singulas eot. Quare video mihi duas, ante univeralem Ägyptiacam, provinciales synodos adverteisse, quam sive conjecturam, sive sententiam argumentis non improbabilibus confirmo.

Quo tempore vitrasque literas scripsit Cyrrilus, (scripsit vero primas autumno; alteras ante quadragesimam) eodem habebat synodus ordinarii, sive epistolam, id est, quam Nicenus canon quotannis scripsit, habebat præcipit: neque enim, ut erat disciplinae bar synodus ecclesiastice in paucis observans, neglexisse cre-

Cur dux po-
tius Alexan-
drino quam
Antiocheno
presulam.

om legale
alium mense
ad ducit 2000

Jus Alexan-
drina Zecca
dixit Zecca

Probabilitas
explicatur.

tine fin 2012
-61 2000 imp
12 2000
2000

Interpretatio
ex ambo
conclusio
est. 2000